regem factum· relictis vxore & filio et terra viriliter iter arripuit
ad accipiẽdum imperium·& primo romam aplicuit· vbi accepto
fauore & consilio domini pape ianuam ꝑuenit. Huius itaqꝫ ci-
uitatis ciues iter sibi parant securum· timebãt enim incursus me-
diolanensium & ip̃m papiam vsqꝫ ꝑducunt. Tunc papienses &
cremonenses coadunati vsqꝫ in vallem tridentinũ ip̃m cõducũt·

ANno domini millesimo ducentesimo·xi· Otto in apulia
quasdã ciuitates accepit & capuã ꝑuenit vbi & hiemauit
Eo tempore cum venissemus ad curiam romanã vidimus ibidē
virum religiosum abbatẽ de mornnũt qui a festo sancti michahel'
sicut ip̃e asserebat vsqꝫ ad quadragesimam quinqꝫ vicibus tran-
sierat a roma vsqꝫ capuam iussu domini pape · quatinus pacem
reformaret inter papam & imperatorẽ. Ceterum impator Otto
nulla ratione flecti potuit quin vellet expellere de terra p̃fatum
fridericum regem sicilie·& de philippo rege francie vlcionem q̃-
rere·eo qd' terras avunculi sui regis anglie·videlicet normanniã
& alias q̃sdã subegisset & cõtra ip̃m q̃dã verba temere ꝓtulisset
Sane ne tanta turbacio fieret ĩ ecclesiis & populo xp̃iano voluit
domin9 papa sustinere omne dampnum quod sibi imperator in
terris ecclesie romane intulisset aut inferret. Hanc formam com-
posicionis cum recusasset impator admittere· dominus papa tãq̃
vir animosus & confidens in domino · tria ardua negocia simul
explere disposuit que describemus in sequentibus·

ANno domini millesimo ducentesimo·xii· laborauit papa
super deposicione ottonis impatoris quod fuit arduum
negocium·Secundo transmisit literas per omne xp̃ianitatem pro
successu terre hierosolimitane quarum exemplar hic subiciemus·
Tercio pro coadunando generali concilio literas per orbem trãs-
misit·Sed istarum exemplar ponem9 · Delate fuerunt iste litere
Anno domini·M·cc·xiii·Tempore pascali·quarũ exemplaria
sunt hec Innocencii pape·iii·omni populo xp̃iano·

QVoniam maior nunc instat necessitas q̃ nunq̃ institerit
vt terre sãcte necessitatibus succurratĩ·& de successu sperat̃
maior quã nunq̃ ꝑuenerit vtilitas prouentura . Ecce resumpto
clamore clamamus ad nos et pro illo clamamus q̃ voce clamauit
in cruce spiritum emittendo· factus obediens deo patri vsqꝫ ad
mortẽ crucis·vt nos ab eterne mortis eriperet cruciatu q̃ clamat
etiam per seip̃m dicens Siquis wlt post me venire ab ienet Ac si